



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 120. Pontificis studium in uniendis Principibus contra Turcas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

set, pollicetur operam; ast ob alia de- Sæcul. XV.  
lita carceri datus, ac quæstionibus sub- A.C. 1490.  
jectus, pessima, quæ Romæ executurus  
eset, consilia confessus est; quapropter  
Mense Majo capite damnatus, ac per ur-  
bis compita raptatus, ardentibus forci-  
pibus discerpebatur, demum corpus ejus  
in partes disiectum, in diversis urbis por-  
tis expositum est, ad ceterorum compli-  
cum terrorem, quorum haud pauci Ro-  
mæ numerabantur, eorumque nonnulli  
attentati facinoris poenas dederunt.

### §. CXX.

#### *Pontificis studium in uniendis Prin- cipibus contra Turcas.*

Summus Pontifex, insuperhabitibus Baja-  
zethis muneribus, ac pactis, assiduo  
studio Principes Christianos hortabatur,  
ut junctis viribus bellum in Turcas mo-  
verent. Sollicitabat ad id Romanorum  
Regem, qui & auxilia pollicitus est, ea  
lege, ut ante omnia inter Fridericum Pa-  
trem ejus, & Matthiam Hungariæ Re-  
gem concordia redderetur, atque inter  
utrumque Principem pax conciliaretur.  
Hanc in rem Bernardus Stich a summo  
Pontifice Neapolim Orator decretus est,  
ut Friderici Imperatoris, ejusque Filii  
Maximiliani, necnon Alberti Saxonie  
Ducis literas ad Ferdinandum Regem  
per-

**Sæcul. XV.** perferret, eumque induceret, ut pro  
A.C. 1490. tuenda Religione arma contra Turcas  
pararet: Is vero Papæ votis adeo non  
concessit, ut etiam illum lacefere, at-  
que affligere non desineret, atque hoc i-  
pso anno Beneventi imperium, pulsis, quos  
Innocentius constiterat, Magistratibus  
Ecclesiæ adimeret. Facta fuerunt in-  
terea ad revocandam pacem crebra inter  
Imperatorem & Hungariæ Regem col-  
loquia, ac demum inter eos convenit,  
ut decima tertia Septembbris die ad diri-  
mendas lites solemnia haberentur comi-  
tia, sed cum Matthias adversa valetudi-  
ne afficeretur, ea ad aliud tempus pro-  
tracta fuere.

## §. CXXI.

*Matthiæ Hungariæ Regis  
obitus.*

*Raph. Vola-* **H**æc dum interea agebantur, Matthias  
*ter. Geog.* die sexta Aprilis, quæ erat feria ter-  
*lib. 8.* *Bonfin. dec. 4* tia, Anno millesimo quadringentesimo  
*lib. 8.* nonagesimo Apoplexia tahtus Viennæ in  
*Turos in reb.* Austria rebus humanis valedixit. Re-  
*Hung.* ferunt Scriptorum nonnulli, Beatricem  
*Cromer.* ejus Conjugem de Regis morte suspe-  
*Krantz. &c* ctam fuisse, eoquod ficus veneno infecta,  
*alii.* *Paul. Gov. in* antequam ei frigidæ potum concessisset,  
*elog.* vehementer sipienti præbuisset: Verum  
id omnino falsum esse, non dubitamus.  
*Lauda-*